Donatio qui seipsos interficiunt

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quia nos certe nos propriis bona omnia mota et immota intra et extra civitatem nram N. existen et ubivis locorum Regni nostri sita post nefarium decessum N. Civis N. qui propriis manibus seipsum malitiose necavit ad nos Fiscumq nrum iux leges publicas iure li-duo devoluta quibuscunq nominibus et cognominibus vocentur et cuiuscunq ea sint generis seu speciei nullis penitus exceptis Nobili N. et N. Cancellariae nostrae maioris Notarijs dan et conceden esse duximus damusq et concedimus praesentibus. Per ipsos Cum omni iure dominio et proprietate omnibusq et singulis utilitatibus fructibus, proventibus atq obtibus alias prout eadem praedictus N. tenuit et possedit et quemadmodum ea nos possidere debebamus atq etiam iure Fisci nos possidemus tenen possiden et pace ac quiete iure bonis perpetuo et in aevum possiden. Cum omnimoda et non limitata potestate eadem dan, donan, inscriben, reformare, venden, alienan, et in usus suos libere converten Nihil ibidem Iuris dominij et proprietatis nobis reservan sed totum et integrum in praedictos N. et N. eorumq successores converten iam ex nunc damus illis omnem potestatem bona eiusmodi omnia in verum legitimumq corporalem et realem effectualemq possessionem iux iuris formam accipien. Quare Famatis Proconsuli et Consulibus Advocato et Scabinis civitatis nrae N. id denunciamus Mandantes ut eorundem bonorum possessionem iux iuris praedictis Cancellariae nrae Notarijs realiter et in effectu tradant in eoq ipsis nullo impedimento sint. Non obstantibus quibusvis literis nostris ante et post datam praesentium ex Cancellaria nra emanatis aut emanan quas nos praesentibus abrogamus nulliusq momenti esse volumus et decernimus. In quorum etc.

Libertas braxandi cere: uisiam extraneam

Significamus etc. Quia cum esset nobis relatum per quosdam Consiliarios nostros Famatum N. Civem et Braxatorem N. cupere industriis suis ea documenta praebere ut vellet in domo sua N. sita cerevisiam elegantem vocari hominum aptissimam et vulgarem quae nullibi exhibetur praestantiorem coquere et hac arte sua Civitatem illam nram Provinciatem exemplo aliarum quae quippiam elegantis et praestantis inter alias habent celebriorem reddere modo illi per nos licitum fuisset Cumq eam rem ijdem Consiliarij nostri promotores ipsius N. diligenter

apud nos agerent et hanc sibi facultatem coquendae praeparationis cere-
visiae dare peterent. Nos animadvertentes id nullo cuiusquam
incommodo imo etiam nostro et Civitatis illius commodo futurum cum
non haec solum Braxatoriam artem sed et reliquas artes omnes usui
hominum servientes excoli atque potiores reddi cupiamus libenter in eam
petitionem concessimus ac ita permisimus prout iam nunc hisce literis
nostris permittimus omnemque facultatem damus memorato N. quod
is in vivis aget ut Cerevisiam omnis generis de bonis tam frumen-
tis qualem meliorem et usui hominum aptiorem noverit absque cuius-
quam impedimento in eadem Civitate nostra N. coquat venum expo-
nat ac propinet. Iuribus tamen et Civitatis illius censibus aliisque
iuribus per omnia salvis ibidem manentibus. Quocirca omnibus in uni-
versum praesertim autem Palatino et Capitaneo loci illius ac reliquis Ma-
gistratibus Proconsuli Consulibus ac alijs officialibus Civitatis nostrae N.
severe Mandamus ne ullo pacto aut quovis excogitato modo ipsum Fama-
tum N. a coctura memoratae praeparationis vulgaris cerevisiae pro-
hibeant neve quid molestiae et difficultatis hoc nomine illi exhi-
beant imo etiam in exequendo Magisterio suo et quoad eius fieri
queat promovere operam et auxilium suum praestent. Nec aliter
pro gratia nostra iustaque in contravenientes animadversione et censura
facere audeant In cuius etc.

Deputatio Instigatoris ad ac-
ceptanda bona Regalia

Universis et singulis cuiuscunque status dignitatis officij vel prae-
minentiae existentibus et quamcunque iurisdictionem exercentibus prae-
sentibus requisitis Sinceritati et Fidelitati vobis dilectis, Significamus te-
nore praesentium deputasse nos in Instigatorem nostrum Nobilem N.
Servitorem nostrum praesentium exhibitorem quem ad nostrum quidem
deputamus praesentibus ad acceptandum nomine nostro Instigatorisque
nostri et Reipub. Regni nostri intromissionem in bona nostra
N. cum villis ac alijs omnibus attinentijs pertinentijsque universis
ad eadem N. antiquitus pertinentibus mensae nostrae Regiae et Rei-
pub. Regni nostri rigore executionis legum praedictarum nuper ad-
iudicata iuxta praescriptum decreti nostri ea in causa inter Instigatorem
nostrum et Cives N. promulgati Quare Mandamus Sinceritati et Fid.
Vestris ut cum eo nomine requisiti fuerint ipsum Nobilem N.
pro nunc nostro deputato Instigatore habeant eidem ipsa bona nostra
N. cum villis alijsque omnibus bonis ac pertinentijs eo antiquitus
spectantibus iuxta praescriptum Decreti nostri praedicti intromissione in possessionem rea-
lem ac actualem tradant tradique ac demandari a quibus alijs quo-
rum interest curent et per omnia ipsi decreto nostro satisfaciant
quoties res postulaverit, et ab ipso Instigatore nostro requisiti
fuerint Non secus Sinceritas et Fid. Vestra faciant Pro gratia